Pro A. 1774.

Informatio de Schola H. M. Vasarhelyiensi H. Conf. addicta ad exitum anni 1774.

1. Ludi Magister in Schola H. M. Vasarhelyiensi H. C. addicta est Adamus Kuti. Huic adjuncti Praeceptores sunt Grammatistarum quidem & Conjugistarum Joannes Berhidai, Declinistarum Josephus Nagy, & Stephanus Komaromi, Elementariorum Gregorius Koboslai & Joannes Levai.
2. Discipulos, quos cum sibi Subordinatis Praeceptoribus informat, numerat 359. omnes H. C. addictos, exceptis 4. quorum unus Lutheranus, teni vero Graeci ritus sunt.
3. Tradit inde ab infima classe usque ad Elementa Rhetorices & Logices. Methodum observat a Collegio Debreczinensi exhibitam.
4. Ecclesia ipsi Ludi Magistro solvit Rf. 100. urnas vini 10. cubulos tritici 20. hordei 20. Setigerum unum, centenarium salis, libras carnis 150. medias butiri 5. mellis 4. caseos recentes vulgo gomolye dictos 6. plaustra foeni 6. libras sebi 30. orgias ligni 4. Praeceptori Grammatistarum & Conjugistarum Rf. 40. cubulos tritici 12. hordei 15. centenarium salis, centenarium carnis, libras sebi 25. setigerum unum, orgias ligni 2. Praeceptoribus Declinistarum singulis singulos 10. Elementariorum vero singulos 8. florenos. Parentes vero Discipulorum pro cujuslibet pueri annua informatione ipsi Ludi Magistro solvunt cruciferos 17. Solvunt praeterea modium tritici & duos modios hordei. Cujus frumenti pars quidem dimidia cedit Ludi Magistro. Pars item dimidia solut. a Grammatistis & Conjugistis frument. eorundem Praeceptori. Reliqua vero pars caeteris Praeceptoribus, Pulsatoribus & Lectoribus Ludi Magistro subordinatis.

Primores Ecclesiae H. C. addictae H. M. Vasarhelyiensis.

1774.

Tudósitás a hodvásáh. iskolárol.

1. Praeceptores Filiarum in Scholis H. M. Vásárhelyiensium H. C. additarum sunt, Joannes Bekesi, Samuel Kis, et Joannes Szabo.

2. Discipulas Joannes Bekesi numerat 120. Sam. Kis 115. Joannes Szabo 100. omnes H. C. additas.

3. Tradunt prima Elementa, Lecturam, Historias Sacras, Principia Religionis Reftae ad ductum Catecheseos Palatinae.

4. Subsistentiam habent ab Ecclesia et a Discipularum Parentibus. Ab Ecclesia singulis singuli deni Rflorem solvuntur. A Discipularum Parentibus pro qualibet discipula modius tritici et hordei. Praeterea pro incipientibus cruciferi 17. pro Lectricibus 34. pro eis, quae in repetitione Historiarum Sacrarum et Catecheseos Palatinae exercentur 51.

19.